E nobili ab Heuſenſtam familia ortus, J. V. Doctor, ac majoris Eccleſiæ Scholaſticus, in Archipræſulem electꝰ fuit Anno 1545. die 20. Octob. in omni optimarum Virtutum genere maximè excellens, ac in adminiſtranda Republica domi fortisq; indefeſſus Princeps, qvi inter fluctuantes Germaniæ maximas procellas, qvibus inter multa alia præclariſſima etiam templa ædesq; cum ſacræ tum prophanæ circa Moguntiam Brandenburgicis flammis Anno 1552. miſerè devaſtatæ ac ſubverſæ fuerunt, præſuit ſatis inqvietè Annis 9. menſ. 4. dieb. 28. Obijt in Eltvil Ringaviæ Caſtro Anno 1555. die 17. Martij, Moguntiæ in majoris Eccleſiæ ambitu tumbatus.

5

© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig
DFG © HAUM http://kk.haum-bs.de/?id=e-kieser-exc-ab3-0096